Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

bestie deserti sacient' potu. de omnib; enim est tibi cura domine ama
tor animarum quia tua sunt creatura. Deprecor te domine ihesu christe
transmitte michahelem archangelum luminis et libera me
de malo operario isto. ut me non iungat eius elatio sed tua pa
tientia. confirma me qui glorificaris in sancta sanctorum amen. Et ut
compleuit orationem: iterum iulianus dixit. Cyriace quantum di
misi te ut bosari. frequenter audiui talia. Veruntamen ne
mo contradicens in de manibus meis uiuus recessit non con
sensissetque et sacrificaret. nam et ego eram adorans crucifix
um. et nichil in profuit. postea autem penitui et cognoui in
mortales deos. qui salutem prestant his qui diligunt eos. Cy
riacus episcopus dixit. Ego non sacrifico demoniis et lapidibus uariis.
Iulianus imperator dixit. Propter amentiam tuam ego statuam
non erexi sed sacrifica inuisibiliter et dic tantum magnus est
deus iouis. Cyriacus episcopus dixit. Ego ei qui uere est uno deo credi
di. qui te destruet ab hac superbia tua. Tunc inmundus iulia
nus iussit grabattum ereum afferri. et in eo extendi sanctum
cyriacum et substerni carbones ignis et spargi super eum
salem et adipem et super uirgis cedi ut uentrem eius et inte
riora uiscera eius assarentur ab igne et dorsum eius desuper
carminari uirgis. Leuans autem uocem suam beatissimus
cyriacus hebraice dicebat. Barue talai mamani
elthachusi. arnam et daboth. abucat. dahabel.
Quod est deus deus inmense: et propter nos mentitus inuisibilis.
et propter nos uisus es. qui das uitam omnibus credentibus in te.
qui per prophetam tuum ionam in figura trium dierum resurrec
tionis tue ostendisti nobis mysterium qui electum tuum eli
am rapuisti. qui nutu oculi tui conteres adamantinas
seras inferni. ueni domine et in hoc iudicio et aufer
a me multitudinem dolorum. ecce enim propter nomen tu
um hec patior. Hec eo dicente admirabatur tyran
nus super ingentem pacientiam eius. et iubet eum in quoddam
domicilium inclusum custodiri. donec cogitaret quo
morte eum perderet. Cum autem transissent duo dies. beata
anna mater eius adueniens dixit ei. Bene fili certasti et
agonizasti pro nomine domini nostri ihesu christi. Memento beati patris
tui qui in iudaismo mortuus est. Redimit fili patrum tuorum
peccata. factus cum primo martyre stephano. Memento et
mei matris tue que genuit te. Crastino enim fili mi consu
mabetis. Ministri autem satane statim de ea tyranno
retulerunt. et iussit eam exhiberi. Adducta autem inter
rogauit eam iulianus dicens. Complacuit tibi anna sacrifi
care: ut uel tu uiuas. Insensatus autem filius tuus ele
git magis mori. Anna dixit. Vitam magis celestem
cupiens. non sacrifico demonibus. hec autem uita caduca
est. Iulianus dixit. Quid ergo dicis. Nec tu uis sacrificare.

et uiuere? Anna dixit. Sine deo inhumanissime et
omnis impietatis princeps non me terrent uerba tua. nam
dominus noster ihesus christus proprium pro nobis fudit sanguinem ut ab
omni iniquitate mundum redimeret. quanto magis ergo nos
peccatores non debemus pro ipso mori. Iratus autem tyrannus
iussit eam capillis suspensam ungulari. Cum autem un
gularetur per tres horas et omnino non loqueretur. Iulianus
dixit. Quid est anna? Bene te acceperunt ungule. Anna
dixit. Insensate et omnis iniquitatis conterie quomodo non intel
lexisti quia non sensi dolorem ex toto. Sed si habes mai
ora tormenta infer: parata enim sum certare aduersus
patrem tuum satanan. quem spero me sine uiribus prester
nere per nomen domini mei ihesu christi. habeo enim qui me con
fortat. Iulianus autem iussit lapadem magne flamme
lateri eius applicari. Anna autem exclamauit dicens.
Domine inmaculate qui ignem inextinguibilem in quinque
quinque ciuitatibus induxisti et iustum loth saluasti. qui uo
cibus angelicis muros hiericho destruxisti et amalech
expugnasti in manu forti. qui per sanctam iudith olofer
nem occidisti. exaudi me peccatricem et fac me per
fecte currere: ut et ego exultans in thalamo tuo
intrem cum sancto filio meo. Et hec dicens beatissima
anna tradidit spiritum. Tollentes autem eam transtulerunt
in partes. Tunc iussit iulianus beatum cyriacum addu
ci. Adducto autem eo. admiratus est tyrannus. quomodo
tantas et tales sustinuit penas. et hilari uultu
astabat. Et dixit ad eum iulianus. Dic mihi cyriace:
quibus maleficiis omnibus nobis caliginem induxisti.
tamquam non admirans penas. et non uis immolare? Cy
riacus episcopus dixit. Anathema tibi canis indigne quia
uirtutem dei confers in maleficiis. Iulianus dixit.
Vel si non uis sacrificare: dic quia non sum christianus. Cyria
cus episcopus dixit. Pater qui tu excidisti a ueritate: uis
et stellas splendentes exequi tenebris tuis. Sed
non habes locum. nec habebis umquam. Ego non certus
sum quia non post multos dies peruenieris celesti plaga.
Ascendens enim iter tuum non reiteris amplius. quia
exacerbasti dominum uiuum. Iussit autem enim iulianus fossam
fieri altam. et uocauit plurimos incantatores
serpentium et iussit neqiores serpentes afferre et
mittere in foueam. Et miserunt cornutos.
et apparuerunt uenenosi serpentes mul nerabilis
titudo maxima. et iussit sanctum cyriacum mitti ...in
inter eos. Cum autem duceretur beatissimus cyriacus
dicebat. Veni domine ihesu christe et uide agonem theatri
huius. et necessitatis. qui ioseph de lacu liberasti et sal

Scio quia cognouisti patrem
tuum diabolum et ministros
eius. qui eos qui credunt illis tra
hunt in gehennam ignis.
ex quibus tu unus consistis inui
de. Iulianus imperator dixit.
Sacrifica cyriace antequam
puniaris pessime. Cyria
cus episcopus dixit.